

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia  
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

**Meier, Gebhard Theodor**

**Helmstadii, 1696**

**§. LXI.**

**urn:nbn:de:bsz:31-105465**

impiis, & quidem per Angelos &c. prout saepius jam monitum est. Vid. num. XXXIII. XXXIV. XXXV.

**LXI.** Ex adductis etiam manifestum est, quinam a Christo tum judicandi sint juxta Chiliaстas, scilicet omnes qui vel veræ pietati, vel doctrinæ chiliaстicæ adversantur. Solent in genere tales dicere bestiam, vel Babel; ad utrumque volunt pertinere quicquid Christo adversum est in hoc mundo, hinc bestia & Antichristus ipsis saepe alternant. vid. §. 23. Animadv. Quamvis autē futurum aliquem adhuc singularem & magnū Antichristum ipsis credere doceat D. Animadvertis in Deduc. Germ. §. 6. Denn gleich wie Johannes in seiner 1. Epist. II. 18. Die ganthe Zeit des Neuen Testaments bis auf den <sup>Apoll</sup> 1. Epist., den grossen Antichrist, wenn er soll durch die Erscheinung der Zukunft Christi umgebracht werden / eine Stunde nennt / so nun bald 2000. Jahre gewaret hat &c. In ipsa tamen Animadversione §. 26. hanc bestiam, sive Antichristum jam vivere & regnare docet verbis: *Cum vero in bunc usque diem M. illi anni Apocalyptic non dum fluere incepint, quod ex regnante & vivente bestiâ satis cognoscimus &c.* quæ duo asserta, vix simul consistere possunt, de quo videant Chiliaстæ. Illud autem ex allatis numero præcedente satis apparet, quod etiam præcipue Chiliaстmo contradicentes Christus judicaturus fit, iis que valde crimen hoc exprobaturus in illo Harmageddone, quod scilicet clara & aperta Scripturæ verba de Chiliaстmo in sensu proprio accipere noluerint in primis cum alios haereticos ipsi eandem ob causam condemnarint. Sed ignoscat Matrona Nobilissima, istorum fidei colloquiorum Autor, quod hic mihi sumam illud asserere, Christum, si in extremo judicio quendam vellet condemnare, illam sim-

H 2 pli-

pliciter ob causam, alias enim omnes homines jure possunt damnari, quod verba *Apoc.* XX. 4. in sensu literæ non præcisè acceperit, non minus injuste eum condemnaturum esse, quam si condemnare vellet quendam, quod verba *Joh.* V. 28. in sensu proprio acceperit. Quippe tum necessario à sensu literæ receundum est, cum alia Scripturæ S. dicta sensui literæ, in proposito dicto, repugnant; sed dabitur inferius locus, hoc de *Apoc.* XX. 4. demonstrandi, cum ipsa Animadversio idem nobis dubium moveat.

LXII. De bestiâ adhuc notandum est, quod eam doceant quidem existere in Monarchiâ Romanâ, non tamen idcirco velint, omnes illius Imperatores & principes ad ipsam pertinere bestiam, qua de re frequentissimas in ipsorum scriptis reperire licet protestationes, Vid. *Glaubens-Gespr.* p. 825. Et D. Animadvertisens in Ablehnung der schändlicher Aufflagen &c. Sed & hac de re inferius pluribus agendi dabitur occasio.

Addam nonnulla ex sâpe citatis Colloquiis fidei ad uberiorem pugnæ memoratae declarationem pertinentia, & quidem p. 819. hæc habentur. Mein Jesu! Was für eine Ehre werden deine Glaubens-Ubewinder haben / wenn du sie dazu gebrauchen wirst/dass sie mit dir ausziehen sollen zum Streit gegen das Thier und sein Heer / und die Könige auff Erden / die sich alslesammt gegen dich versammeln / und dein Volk werden vertilgen wollen/ welches du aus Morgen und Mitternacht berussen wirst; aber du wirst sie überwinden/ denn du bist ein Herr aller Herren. Ex quibus apertum est, quod ipsi etiâ Chiliaстæ in hac pugnâ dimicaturi sint.

LXIV. Hypothesis VIII. Non tamen in hoc prælio gentes delabuntur omnes, sed remanebunt quædam servituti eorum, qui regnum in terrâ tenebunt mancipandæ, ut docetur in Præfati Animadversionis